

1723.

9. Hoffmannus, Fredericus : De fontibus medicatis Lanckota
Niembus.
10. Hoffmannus, Fredericus : De uenae sechoris praedictis abun-
datione
11. Hohenel, Daniel Fidus : De fundamento in Doctrina, de
processione et distributione gentium Sacrae distinctiones
pronuntiis
12. Hohenel, Dan. Fidus : Dispositionem iuris iuris prostris
in iusta fundamente ex generatione peccata et
petenda exhibet, et lectiones eius libernes indicat.
13. Hohenel, Dan. Fidus : Schetsma de fundamentis popu-
litatum, iuris iuris prostris de iusta - - au-
tore - - recensum objecto sorghum Hollandsianum
Catalogus 1731.
13. Knorr, Carolus Gallus : De echaribus prenatibus
iure Romani in singulum, triplicem, triplicem et
quaduplicem.
14. Knorr, Car. Gallus : De haecchione non respondere
propter haecchionem ultra dimidiam.

- 15^a = ^b Antenij, Tom. Och: De nova scriptiorae et subscriptio-
nes. 2 Janu. 1723 - 1737
16. Schlethias, Dr. Gerasius: De ex. quod iustum est coram
magistris. 1723 - 1737.
- 17^a Schneiderbach, Fr. J. De respectu parentelar. 2 Febr.
1723 - 1724.
18. Schneiderius, Joan. Fridericus: De fide perfidis servanda
- 19^a = ^b Thomanus, Christianus: An paucos viventium, eos
infernantes, sint absurdæ, et abrogandæ? 2 Febr.
20. Thunimigius, Ludovicus Philippus: Specimen archi'lecturae
ciuilis ad politican applicatae, sistens curiam
principis circa aeroficia.

II.

1

1723

G.30. num. 12. An. 14.
142.3.10
146

D. CAROLI GOTTLIEB KNORRII
ICTI

POTENTISSIMO PRUSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,
REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS ET
FACULTATIS IVRIDICAE ORDINARII

DISSERTATIO
DE
TRANSACTIONE
NON
RESCINDENDA
PROPTER
LAESIONEM
VLTRA DIMIDIUM




HALAE SALICAE
RECUSA IMPENSIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI
CIOCCOLI

(4)

D. CAROLI GOTTHILDI KNOSSI

ICHI

TRANSGAETIONE
RESCINDENDA
FAESSIENS
ULTRADIUM



TRANSGAETIONE
RESCINDENDA
FAESSIENS
ULTRADIUM



CAP V T I.

D E

TRANSACTIONE NON RESCIN- DENDA PROPTER LAESIONEM VLTRA DIMIDIUM SECUNDVM IVS NATVRAE.

§. I.



raeponimus, fluere ex rationis lumine, Pacta sunt
seruanda, &
qui ea non
seruat iniu-
stus est.
omnia pacta atque promissa sancte esse seruanda. Qui enim fidem datam violat idque quod promisit effectui non dat, aperte est iniustus. HEINE CIVS *Elementis Iuris Naturae et Gentium Lib. I. Cap. 14. §. 387. seq.* Quae Hinc nihil turpius a gen-
etiam caussa, quod nihil turpius, nihil foedius fuerit habitum apud omnes gentes, quam fallere fidem, 1) a Græcis.

diderunt, eos notari a Diis, qui fidem violauerint. Probat id CASAVBONVS in *Lectionibus Theocriteis p. 85.* Apparet autem, inquiens, veterum fuisse hanc superstitionem opinionem, ut eos, quibus in naſo vel lingua tuberculata, vt fit, aut alia huiusmodi cutis vitia, in aliqua eius parte orirentur, putarent, vel mentitos esse, vel depositum

A 2 non

4 Cap. I. De Transactione non rescindenda

non reddidisse, vel aliquid denique FRAUDIS admisisse.
GVNDLINGIVS in Gundlingianis Part. 2. Obsrv. 8. §. 4.
2) a Romanis.
Romani itidem nihil sanctius quam fidem datam coledam esse assuerunt. Hinc morem iungendarum manuum, quoties alter alteri mandaret negotium, introduxerunt. Quemadmodum enim alias corporis partes dicabant numinibus, ita DEXTRAM (*) FIDEI sacram facere solebant, quod obseruat GERARDVS NOODT Probabil. Lib. 4. Cap. 12. Et quid de antiquissimis Germanis dicamus? Exclamat eorum legati apud TACITVM Lib. XIII. Annal. Cap. 54. n. 5. nullos mortalium armis & FIDE ANTE GERMANOS esse. Quid itaque mirum, si in SPECVL. SAXON. Lib. 1. Art. 7. dispositum sit: Wer etwas borget oder gelobet, der soll es gelden, und was er thut, das soll er stett halten, & in SPECVL. SVEVIC. Cap. 12. Was der Mann gelobet, das soll er stet halten. Ortum inde tritum illud Germanorum: Ein Wort, ein Wort, ein Mann, ein Mann. HEINECCIVS Elementis Iuris Germanici Lib. II. Tit. 12. §. 331. Merito autem dolendum, aliam fere hodie esse Germaniae faciem longiusque receperum

(*) Imo etiam constat, apud alias gentes manum obligationis fuisse symbolum, CVIACIVS ad 1. 10. C. de inutil. stipulat. GROTTIVS de Iur. Bell. et Pac. Lib. 2. Cap. 13. §. 22. adeo, vt si promissor fidem fallat, non minus detestabilis habeatur, quam si peierasset. Idem etiam de iuramento per femur dicendum. GENES. XXIV, 2. XLVII, 29. Ostendit enim HERMANNVS VON DER HARDT in Litteris de iuramento per dextra carpum, non per femur, vocem Iarech significare dextræ carpum. GVNDLINGIVS in Gundlingianis Part. IV. Obsrv. 2. §. 1. Apud Germanos adhuc hodie hic ritus in viridi est obseruantia omnibusque notus. HERING de Fideiis foribus Cap. II. n. 104. 105. seqq. Hinc VBO EMMIVS Rer. Frisicar. Lib. 2. de veteribus Frisis locuples testis est: qui verba pro litteris & sigillo, dextram pro iuramento habebant.

propter laesionem ultra dimid. secundum Ius Nat. §

sum a germana illa fide, quorsum pertinet illud: Ver-
spiechen ist Edelmannisch, halten aber Bäurisch. HERTIVS
Paroem. Lib. I. Cap. 8.

§. II.

Quae cum ita sint, neminem adeo perfrictæ frontis si pacta sunt
futurum credimus, qui id, quod quis promisit, non ser- seruanda,
vandum iudicaret. Cum autem transfigere sit pacisci, & etiam trans-
omnis transactio, quæ est litis dubia conuenta, sed non actio seruan-
gratuita decisio, fiat pacto: sine dubio etiam is, qui transi- da, quia ea
git, id quod promittit sancte seruandum iudicat. Quod sit pacto.
si enim faceret secus, vel aperte esset iniustus, vel sibimet
ipsi contradiceret, atque propterea merito pro absente
et stulto esset habendus. Apposite & plane ad mentem
nostram Imperatores DIOCLETIANVS et MAXIMIA-
NVS in l. 20. C. de Transact. nihil ita, aiunt, FIDEI HV-
MANAE cougruit, quam ea quæ placuerunt, custodiri.
Idem adfirmat VPIANVS l. 1. D. de Pactis, de qua vide-
sis quæ habet NOODT de Pactis & Transactionibus Cap. I.
p. 649.

§. III.

Adnumeramus autem transactionem contractibus Refertur
qui continent aleam, similisque ea est emtioni spei, recte transaction ad
sic arguente THOMASIO in Diff. de aequitate cerebrina contractus
L. 2. C. de Rescindenda Vend. C. 3. §. 8. Dum enim transi- alea et simi-
gimus adest dubius incertusque litis euentus, quisque ni spei.
sit reportaturus palmarum, ignorant transigentes. Frustra
itaque est, qui se, lite iamiam transactione sopita, laesum
esse conqueritur, cum ad sit consensus indefinitus in vtrumi-
que euentum directus. Quæ indefinite consentiendi ra-
tio omnem conquerendi causam excludit vtcumque
euentus ceciderit, rationes ita subducente acutissimo TI-
TIO ad PVFFENDORFFIVM de offic. hom. et ciu. obs. 384.
Nam dum aliquis transigit, dubitat de litis euentu, et sic

A 3 fe

6 Cap. I. De Transactione non rescindenda

se proprio motu subiicit casui incerto. Apparente igitur deinceps laesione inanis esset arque risu digna querela, si eam mouere nullamque proinde pronunciare vellet transactionem, cum eidem semet iam subiecerit in antecelsum. BARBEYRACIVS ad PVFFENDORFFIVM Lib. V. Cap. 9. §. 1. n. 1.

Nihil operatur error, in re incerta enim unus errat.

Bene vero dolus metusque.

§. IV.

Neque error hic quicquam operatur. Qui enim de re incerta paciscitur, is utique errare potest, etsique unus semper in ignorantia, aut errore, quia illa est incerta. Eo ipso autem dum init transactionem, renunciat errori, quia id quod promittit etiam seruandum iudicat. Ex quo nunc facile est ad concludendum, neque propter enormem laesionem, neque propter enormissimam rescindendam esse transactionem, quia de his omnibus est transactum. GVNDLINGIVS Differt. de transact. stabilit. et instabilit. §. 7.

§. V.

Aliter autem longe se res habet, si quis metu doloue se ad transigendum esse inductum queratur. Qui enim vi metuque, qui cadit in virum constantem (*), adigitur, ut aliquid promittat, non obligatur. Quamuis vero consensus in promisso vi metuque extorto non sit excludendus, non tamen inde sequitur, ergo validae sunt eiusmodi promissiones, quia Ius Naturae pacta consensu mutuo inita seruanda esse dicitur. Frustra itaque hic est VFELMANNVS de Officiis sermocin. Cap. 7. §. 4. Non enim queritur, an adfuerit consensus, sed an alter ius habuerit metum mihi inferendi idque proinde, quod promisi, acceptandi? Quemadmodum vero metum in-
ciens

(*) Vani enim timoris iusta excusatio non est. l. 184. D. de reg. iur. Videbis tamen quae eleganter hanc in rem differit BARBEYRACIVS ad PVFFENDORFFIVM l. c. Lib. III. Cap. 4. §. 10. n. 5.

cutiens id non habet, ita a mea parte nulla oritur obligatio ad praestandum id, quod promisi. Vbi enim nullum ius, ibi nulla obligatio. Hinc nec opus restituzione in integrum, quod GROTIUS deceptus iuris Romani commentis vrget de Iur. Bell. ac Pac. Lib. 2. Cap. 17. §. 7.

§. VI.

Progradimur ad dolum. Hunc autem omnem ex- Qui dolo in-
cludere consensum, nemo ibit inficias. Dici eum a do- ductur ad
lando, id est minuendo, laedendo DONATI au^rorita- contrahen-
te ad TERENTII Eunuch. Act. 3. sc. 3. v. 9. probat lau- dum non
datus NOODT de forma emendandi dolii Cap. 1. 83^{os} consentit,
enim graece vocatur laesio, & dolones tela quedam bel-
lica. Qui itaque alterum decipit is eum laedit; sed lae-
sio repugnat iusti regulis, quae in omnibus conuentio-
nibus bonam desiderant fidem. Vbi ergo alter me de-
cipit exulat bona fides, adeoque conuento subsistere ne-
quit. NOODT l. c. Cap. 4. Equidem nos non fugit, &
eum errare, qui decipitur, ab eiusque parte adesse er-
rorem efficacem, sed probe est perpendendum, eum al-
terius fraude doloque in errorem esse coniectum. Qui
vero decipitur, is non consentit, qui non consentit non
paciscitur, qui non paciscitur, is etiam non transigit.
Quod autem nonnulli in ea sint sententia, distinguen- Neque di-
dum esse, an dolus caussam dederit transactioni, an ve- fsi^rguendum
ro saltem inciderit, non conuenit naturali aequitati, quae inter dolum
omnem omnino dolum seuere prohibet. Fecit Ius Ro- caussam dan-
manum, quare ii secus senserint, quamuis ne hoc quidem
iure fuerit differentia inter dolum causam dantem bonae
fidei contractui et incidentem, de quo fusius differemus
Cap. II. §. XII.

Neque di-
fisi^rguendum
inter dolum
caussam dan-
ten trans-
actioni & in-
cidentem.

§. VII.

8 Cap. I. *De transactione non rescindenda*

§. VII.

Nihil vero
dolus a ter-
tio adhibitus
operatur.

Dolus a tertio adhibitus hoc plane non pertinet, quia a transfigente commissus non est, & sic extra ipsum reperitur. Decipiens tamen salua ceteroquin transactione, ad id, quod interest, praestandum adigi potest. TITIVS l. c. Obs. 218. Verum enim vero, inquies forte, non quidem dolum personae subesse, sed eum ex re ipsa oriri. Est haec tua obiectio admodum illepida atque plane inepta. Nonne enim dolus, fraus, fides, sunt affectiones hominum indeque de rebus inanimatis praedicari nequeunt? THOMASIVS cit. Diff. Cap. 2. §. 4. lit. b. vbi Dolus, ait *fraus, fides bona mala etc.* sunt affectiones hominum, quae non nisi improprie de bestiis praedicantur: ac adeo non nisi abusue de rebus inanimatis. De his dolum non magis conuenienter praedicabis ac risum aut lacrymas. Sed prata tamen rident. Vtique, sed stylo poetico, non eo, quem postulat *philosophia iuris.*

§. VIII.

Conclusio
Capitis I.

His ita clare demonstratis, nemo dubitabit amplius, transactionem, si dolus metusque absit, ita esse validam, ut nullo prouersus praetextu possit rescindi. Restat itaque ut Capite II. videamus: an etiam iure ciuili subsistat transactione, si quis se ultra dimidium laesum esse adfirmet, recurratque ad l. 2. C. de *Rescind. Vendit.* tanquam ad sacrum quoddam Palladium, & Capite III. quid obtineat iure Germanico et visu forensi.

IV

CAPVT

C A P V T II.

D E

TRANSACTIONE NON RESCIN-
DENDA PROPTER LAESIONEM VLTRA
DIMIDIVM SECUNDVM IVS
ROMANVM.

§. I.

Plerique non infimi ceteroquin subsellii ICti L. 2. C.
de Rescind. Vend. summopere commendant illamque
ex ipso fluere rationis fonte sibi persuadent. Quae
causa mouit THOMASIVM, vt peculiari, quam lauda-
vimus, dissertatione, de cerebrina huius legis aequitate
ageret, simulque ostenderet Cap. III. §. 8. absone hanc
legem a quibusdam Doctoribus etiam ad laesionem vltra
dimidium in transactionibus extendi. Cum vero hoc
argumentum non pertractauerit sigillatim, operaे pre-
mium nos facturos credimus, si paulo fusius demus de-
monstratum, oleum operamque perdere eos, qui ita
subducunt rationes.

Aequitas l. 2.
C. de Re-
scind. Vendit.
est cerebrina.

Lex ipsa ad
transactio-
nes extendi
nequit.

§. II.

Historiam l. 2. C. de Rescindenda Venditione iamiam
contexit THOMASIVS l.c. Cap. 2. §. 5. seqq. ad quem Le-
torem ablegamus. Prohibent enim dissertationis limi-
tes, vt eam hic repetamus. Id interim praeponimus, ad-
modum esse verosimile, DIOCLETIANVM non propter
laesionem vltra dimidium, sed propter quamcumque,
quae non est leuioris momenti, concessisse contractus
rescissionem, indeque verba l. 2. MINVS AVTEM PRE-
TIVM et l. 8. NISI MINVS DIMIDIO, referenda esse
ad TRIBONIANI emblemata. Sed quaeris, quae sint
huius coniecturae argumenta? Videbis ea in laudata Diff.
Cap. II. §. ii. et si tibi tunc videatur verosimilius, ipsum

Historiam
l. 2. conte-
xuit THO-
MASIVS.

B

l. 2.

10 Cap. II. *De Transactione non rescindenda*

l. 2. et 8. architectum eorundem auctorem esse, suauiter
fruere hac tua coniectura, nos tibi eam non inuidemus.

§. III.

Quomodo differat pactum & transactione?

AUDIAMUS VLPIANVM ad edictum *l. 1. D. de Transact.* Qui transigit, inquit, quasi de RE DV-
BIA et LITE INCERTA, neque FINITA transigit: Qui
vero pacificatur donationis causa, rem CERTAM et IN-
DVBITATAM liberalitate remittit. Quam DVAREN-
INTERPUNCTIONEM adprobamus cum NOODTIO de Pactis
et Transact. Cap. III. p. 656. WISSENBACHIO Disp. XL.
th. I. n. 3. et VINNIO de Transact. Cap. I. §. 6. Recte
inde est obseruatum ab iisdem, nos pacisci nulla re co-
gente, donandi animo, parum curantes, an quid de-
beatur, an debeatur nihil. Nulla in pacto adest causa,
quia sola nititur liberalitate, bene vero in transactione.
GVNDLINGIVS Disp. de Transact. stabil. et instabilit. §. I.
WISSENBACHIVS ad Digesta Disput. X. th. I. Sed quam-
quam transactio differat a pacto et conuento in specie,
non tamen excluditur a generali pacti et conuenti appelle-
latione. Dum enim edixit Praetor: PACTA CONVEN-
TA SERVABO, non minus transactiones seruat, quam
donationes, NOODT l. c. p. 659. vbi quoque, hac potissi-
mum motus ratione, suspicatur, olim vnum de pactis
et transactionibus fuisse titulum, diuisum postea a TRIBONIANO.
Vnde etiam simul patet, cur in titulo de
transactionibus edictum peculiare non extet, cum is
fuerit pars editi de pactis conuentis. Conuentonis au-
tem vox generalis est. *l. 1. §. 3. eod.*

§. IV.

Est vero transactio: rei dubiae litisque incertae da-
to aliquo, retento, vel remisso decisio. *l. 1. et 2. D. de*

Trans-

Definitor
Transactio.

propter laesionem ultra dimid. secundum Ius Roman. II

Transact. Initur itaque illa ab iis, qui dubium atque incertum litis euentum animo versant. GVNDLINGIVS l.c. §.5. HERM. VVLTIEIVS Conf. Marp. V. L.C. 15. n. 290. Quae cum ita sint, nonne in omni transactione vtriusque consensum intuitu laesione adesse animaduertis? Dum enim vterque intelligit, rem adesse dubiam incertumque litis euentum, eius tristes ambages vulturesque forte togatos, qui ipsorum marsupiis artificiose insidias struunt, pertimescunt, et eam potius componunt transactione, eoque ipso, dum se eam seruare velle promittunt, omni renunciant laesioni, quae postea forte, ipsorum opinione, adparere posset. Quodsi enim facerent secus, id non seruarent, quod promiserunt.

§. V.

Adest itaque in omni transactione incertum atque ambiguum. §. IV. Quod vero ambiguum eius certa esse nequit aestimatio, quia est ambiguum. Vbi vero aestimatio certa deficit, laesio ultra alterum tantum probari nequit. Ignoratur enim prius tantum, quia adhuc nec scitur, quantum debeatur; alterum tantum vero primam summam praeponit, nec sine illa intelligitur. Quid vero postea forte innotescat, non attenditur, quia tunc non amplius transigitur, sed iam transactum omnisque lis finita est. GVNDLINGIVS l.c. §. 42. VVLTIEIVS l.c. n. 287.

Quia adest
incertum
laesio ultra
alterum tan-
tum probari
nequit.

§. VI.

His ita probatis, expendendum erit paulo curatius, quae fuerit ICtorum veterum de laesione in transactionibus sententia. Non vero patitur Iuris Romani ratio, indulgere rescissionem transactionis, licet quem ultra dimidium laesum esse adpareat. Clarum id fit, non solum ex iis quae iam a nobis dicta sunt, sed confirmat nos

ICti Romani
negarunt
proper lae-
sionem re-
scindi trans-
actionem.
Idque pro-
batur 1) per

12 Cap. II. De Transactione non rescindenda

I. 78. §. 6. ad etiam in ea sententia SCAEVOLA in I. 78. §. 6. D. ad Sct. SCtum Tre- Trebellian. Heres, enim inquit, eius, qui post mortem bell.

*Quoniam
dicitur
de
et
re
ad
N
au
di
ris
se
re
es
I.
§.
ha
§.
A
fa
a
te
pe
ca
te
fi
D*

suam rogatus erat vniuersam hereditatem restituere, MINIMAM QVANTITATEM, quam solam in bonis fuisse dicebat, his, quibus fideicommissum debebatur, restituit: POSTEA REPERTIS INSTRUMENTIS apparuit, QYADRVPLO AMPLIUS hereditate fuisse. Quae situm est, an in reliquum fideicommissi nomine conueniri possit? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, SI NON TRANSACTIONVM ESSET, posse. Quid desideras clarius? Transactione rescindi nequit, licet quadruplo amplius fuerit in

hereditate. Sed regeris forte, sciuisse fideicommissarium vires hereditatis & transfigisse post reperta instrumenta, eamque ob causam eam rescindendam non esse respondisse ICtum. Quod tamen ne veri quidem speciem habet. Nam in ipsa lege dicitur, non transactionis tempore, sed POSTEA primum reperta fuisse instrumenta, ex quibus appetet laesio. SCHILTER Exercit. IX. th. 15. Imo eo casu non fuisse transactio, sed gratuita pactio et iuris liquidi remissio. VNNIVS Qu. Select. L. 1. c. 57.

Eiusdem farinae esset illud, quod alias forte proferret argumentum: in proposita specie de enormi laesione simul fuisse transactum. Nonne enim ibi sermo est, de vniuersa hereditate omnemque asseritur transactione item fuisse sotipam? De laesione nihil in toto themate reperitur. GVNDLIN GIVS cit. Diff. §. 43.

§. VII.

Et haec quidem sufficere possent ad stabiliendam eam, quam defendimus sententiam, nisi et alia non minoris ponderis superessent argumenta. Constat enim transactionem esse inuentam ad lites finiendas. I. 12. C. de Transact. Sed num finirentur lites, si sub laesioni praetextu rescissioni sit locus denuoque iis aperiatur fenestra? A. N. T.

FABER

2) Quia transactio ad lites finiendas ad inuenta est.

propter laesōnem ultra dimid. secundum Ius Roman. 13

FABER Error. Pragm. Dec. VIII. Err. 10. n. 2. Deinde 3) Quia com-
notum est, comparari transactionem iuriiurando l. 1. § 2. D.
D. de Iureiur. Quemadmodum vero tunc non quae-
tur, an debeatur, sed saltem, an iuratū sit: l. 5. §. 2. D.
de Iureiur. §. 11. Inst. de Actionib. ita etiam hic non que-
rimus, an quis sit laesus, sed an transactū fuerit. Eadem
vtroque casu ratio adeat, et sic eadem quoque fieri debet
ad applicatio. Accedit DIOCLETIANVM & MAXIMIA-
NVM rescriptissime in l. 20. C. de Transact. Non minorem
auctoritatem TRANSACTIONVM, quam RERV M IV-
DICATARVM esse, recta ratione placuit. Iam vero iu-
ris est manifesti, rem iudicatam laesōnis praetextu re-
scindi non posse. l. 4. C. de Re iudic. Quis itaque nega-
ret, idem iuris esse, si propter laesōnem rescindenda
esset transactio? HARMENOPVLVS L. 1. tit. 10. FABER
l. c. Dec. VIII. err. 10. n. 8. HERING de Fideiuss. C. 20.
§. 7. n. 3. ZANGER de Except. p. 3. c. 18. n. 1. seq. Sed
haeres adhuc in ancipi? Velim audias PAVLVM in l. 65. 4) Quia simi-
lis est rei iudicatae.

§. 1. D. de Condict. indeb. Et quidem, inquit, quod TRANS-
ACTIONIS NOMINE datur, licet res NVLLA MEDIA
fuerit, non repetitur: nam si lis fuit, hoc IPSVM, quod
a LITE DISCEDITVR, CAVSA videtur esse. Sin au-
tem EVIDENS CALVMNIA detegitur et transactio im-
perfecta est, repetitio dabitur. Videsne, sat iustum fuisse
caussam, vt a lite discedatur? Si vero ea sufficit, non at-
tenditur laesō, non enormis, non enormissima, sed suf-
ficit, iustum adfuisse litis metum. GVNDLINGIVS cit.
Diff. §. 7.

§. VIII.

Quaeritur propterea, quid efficiat error? sed iam Quid efficiat
Cap. I. §. IV. ostensum est, errorem atque ignorantiam error?

tauuit

B 3

14 Cap. II. *De Transactione non rescindenda*

tuit subesse litem, cum tamen subsit nulla. In hunc enim errorem antecedentem consentit nemo, nec etiam ex negotii natura consentire potest. **GVNDLINGIVS** l.c. §. 7. **CARPZOVIVS** L.V. *Reſp.* 7. et *Reſp.* 66. Neque obstat l. 29. C. de *Transact.* Quaeritur enim, an si cum aliquo super hereditate transactum et res quaedam hereditariae apud tertium reperiantur, illae ab eo peti possint. Respondet Imperator, posse, quia transaction inter alios inita, tertio neque prodest, neque nocet. **BRVNNEMAN-**
NVS ad c. l. 29. n. 1. *seqq.*

§. IX.

**De quo non
cogitatum,
de eo non
transactum.**

Nec id praetermittendum est, transactionem ad id saltem, de quo cogitatum, esse extendendam. Lites enim de quibus non cogitauimus in suo statu retinentur l. 5. D. de *Transact.* **BYNCKERSHOECK** *Obſ. Iur. Rom. Lib.* 4. *Cap.* 2. Quo sensu etiam transactiones stricti iuris esse dicuntur. **GVNDLINGIVS** cit. *Difſ.* §. 46. **BACHOVIVS** ad **TREVTLERVM** *Difſ.* VII. *tb.* 6. *lit. A.* Casus est in l. 3. §. 1. et l. 12. D. de *Transact.* Transegit **TITIVS** super iis quae ipſi in testamento relicta, sed postea reperti sunt codicilli, recte nunc petit fideicommissum, de eo enim duntaxat cogitauit, quod in iis tabulis, quas tunc nouerat, continebatur.

§. X.

**Neque l. 2.
C. de Re-
ſcind. Vend.
ad transac-
tione exten-
di potest.**

Vltimum praesidium dissentientes quaerunt in l. 2. C. de *Reſcind. Vend.* et suadere aequitatis rationem, vt eam ad transactiones extendamus, adſfirmant. Sed iam satis dedimus demonstratum, ante **DIOCLETIANI** tempora non cogitatum fuſſe de transactione propter laſionem reſcindenda, ita, vt is inepte ageret, qui in re clara noua ſibi formaret dubia. Imo ne ipsum quidem **DIOCLETIA-
NVM** de tam inepta extensione cogitaffe, exinde fit certum, quia nullum eius rei in vniuerso iure ſupererit vestigium.

gium. Ipsa enim lex 2. de venditore loquitur, et quid in ea est ex quo possit coniectura capi, quod idem constitutum voluerit in transactione? A N T. F A B E R Error. Pragm. Dec. VIII. Error. 10. n. 3. Ergo primum post eius tempora sub specie aequitatis extendi coepit. Imo mihi admodum est opinabile, post IACOBVM DE ARENA, cuius opiniones ex legum mente petitas fuisse fatetur BARTOLVS in tr. banditor. n. u., huius extensionis primarium architectum fuisse eundem BARTOLVM ad l. si quis cum aliter 2. D. de V. O. sed est, inquit, *differentia in modo aestimandi, quia in transactione aestimatur DV-BIVS EVENTVS LITIS, ad hoc, ut videatur, an quis sit deceptus, ultra DIMIDIAM IVSTI pretii. Nam ille dubius eventus venit in aestimatione: non autem aestimabitur quantum erat in VERITATE; unde respectu VERITATIS poterit esse DECEPTVS ULTRA DIMIDIVM iusti pretii.* Ergo BARTOLVS laesionem ad dubium litis eventum refert, si nimirum transigens minus dimidia quam ex lite, si ista ante transactionem finita esset, deducatis expensis, omnino habiturus fuisse, ex transactione acceperit. COTHMANNVS Vol. I. Resp. 28. n. 261. seqq.

§. XI.

Hinc CARPZOVIVS in Iurispr. Forensi Part. 2. Conf. 34. Def. 1. Etenim, inquit, cum remedium diet. l. 2. in contractibus commutatiis absque controversia locum habeat, cur non et ad TRANSACTIONEM accommodaretur l. 5. C. de dolo malo, iniquissimum Jane esset nullam hic laesione considerationem admitti, quam nullis verborum etiam amplissimorum clausulis excludi interpretes concedunt. HEIGIVS Quaeft. 9. n. 18. Refugit itaque CARPZOVIVS et qui cum eo faciunt ad l. 5. C. de dolo malo, in eoque se inuenisse credunt firmissimum sententiae quam propugnant praesidium. Resribunt vero in ea lege

CARPZO-
VIVS refu-
tatur.

16 Cap. II. De Transactione non rescindenda

lege Imperatores iidem: *Si superstite patre per emancipationem tui iuris effecta, marri successisti, rebusque tuis per legitimum tutorem patrem eundemque manumissorem administratis, postea TRANSEGISTI cum eo BONA FIDE; perspicis, quod si pactum tantum factum sit, petitio tua per exceptionem submouetur: si vero nouatio legitimo modo intercessit, et acceptilatio subsequuta est: nullam tibi cum eo superesse actionem, sane si LAESA ES IMMODICE liberatione solenniter per nouationem atque acceptilationem tributa: non DE DOLO propter PATERNAM VERECUNDIAM, sed in FACTVM ACTIO tibi tribuenda est.* Filia emancipata Amphidrosa cum patre super gesta tutela bona fide transegerat; sed laesa erat DOLO patris, quaerit, qua actione contra eum experiri possit. Respondent Imperatores: Si laesa es IMMODICE quidem non actione DOLI, sed in FACTVM propter PATERNAM VERECUNDIAM agere potes. Notum enim est contra extraneos competuisse, si alia actio non superflueret *I. l. §. 2. et l. 2. C. eod. eam de dolo, contra patrem vero saltem actionem in factum subsidiariam. I. u. D. de dolo malo.* Valde itaque semet ipsos decipiunt, qui immodi- cam laesionem, cuius in hac lege mentionem iniciunt Imperatores, interpretantur ex *I. 2. C. de Resc. Vend.* Non enim dolus ex quantitate damni, sed ex qualitate facti^(*) aesti-

^(*) Neque obstat *I. 36. D. de verb. signif.* Nam verum est, quod ait VLPIANVS, rem dolum in se habere. Sed non pertinet ad casum laisionis enormissimae, sed plane diuersum, vt si stipulatio facta sit sine causa, *I. 2. §. 3. D. de dol. mali except.* stipulatus est Titius seruum Stichum, sed hic iam tempore stipulationis erat mortuus, vel postea sine culpa tamen promissoris. Nihil stipulator ab initio dolo fecit, sed tamen exceptione dolis porest repelliri, quia hoc ipso est in dolo, quod nunc seruum petit. ANT. FABER Error. Pragm. Dec. I. Err. 7. n. 12.

aestimatur. l. 10. C. eod. Eam igitur ob causam adiectum, dandam actionem in factum subsidiariam, quia propter modicam laesio[n]em dari non solet. l. 9. §. 5. et l. 10. de Do-lo malo. ANTON. FABER de Erroribus Pragmat. Dec. I. Error. VII. n. 6. seqq. n. 22. seqq. VINNIUS Qu. III. L. I. c. 57. p. m. 284. HAHNIVS ad WESENBECKIUM Tit. de Transact. n. 8.

§. XII.

Supereft, vt de transactione dolo metuue inita dis- quiramus. Constat autem quod tunc non quaeratnr, an quis sit laesus, sed an deceptus metuue ad promittendum adductus. Qua ratione motus eiusmodi transactionem non subsistere posse respondit VLPIANVS l. 9. §. 2. D. de Transact. quia is, qui ita transfigit, non pacificatur, sed de-cipitur. NOODT l. c. Cap. 15. p. 705. Deinde et illud cer-tum, iniuiisse Quirites transactionem modo pacto nudo, si aliquid saltē promissum, l. 21. et l. 28. C. de Transact. modo, si datio vel factum interuenierit, eam transfigisse in contractum innominatum, l. 33. C. eod. modo accessi- se stipulationem, eoque casu datam fuisse actionem ex sti-pulatu, l. 21. C. l. 33. eod. modo interposita stipulatio-ne Aquiliana et itidem competitissima actionem praescriptis verbis. l. 4. et 5. D. eod. NOODT l. c. Cap. 4. Interueniente itaque stipulatione, quia suberat stricti iuris negotium, auxilio praetoris extraordinario opus erat, postquam formulam de dolo malo adinuenit GALLVS AQVILIVS Collega et familiaris CICERONIS. NOODT de forma emend. doli mali Cap. 5. p. 487. Quod si autem in bona fidei negotium transierit transactio, hoc praetoris auxilio opus non erat, quia illud ipso iure nullum siue dolus ei causam dederit, siue inciderit. Quod sicuti rationi conuenit; ita idem placuisse Romanis eruditae demonstratum dede-runt GVNDLINGIVS in Digestis p. 356. NOODTIVS l. c.

C

Cap.

18 Cap. III. *De transactione non rescindenda*

Cap. 2. et 7. et SCHVLTINGIVS ad Digest. Tit. quod metus causs. §. 6. et de dolo malo §. 4.

§. XIII.

Itidem me-
tus nullam
reddit trans-
actionem.

Progredimur ad vim metumque. Sed in stricti iuriis contractibus ante Aqvilii edictum non magis metus quam dolus vindicabatur, valebatque et ciuili et praetorio iure. Sed post huius edictum, de quo §. X. verba fecimus, coepit rescindi actione vel exceptione doli mali, l. 14. §. 13. D. *Quod metus caussa*. quia videbatur is qui dolo fecisset etiam metu fecisse. Primus LV CIVS OCTAVIVS Praetor A. V. C. IO CLXXVIII. edictum proposuit: QVOD PER VIM AVT METVM GESTVM RATVM NON HABEBO, vnde etiam FORMVLA OCTAVIANA audit CICERONI *Orat. III. contra Verrem.* c. 65. Quod sicuti clarissime probatum dedit GVNDLINGIVS Diff. de efficientia metus Cap. 3. §. 4. not. 1. ita concidunt ea, quae NOOTIVS de Paſſis C. 16. et SCHVLTINGIVS ad Digest. Tit. de dolo malo §. 3. in medium protulerunt Cassiumque eam primum proposuisse existimarunt. Nam non quaeritur hic de generali doli exceptione, sed speciali metus actione et exceptione. GVNDLINGIVS in Digestis p. 347. §. 10. seqq. BOEHMERVS Diff. de Except. metus iniusti in statu natur. et civil. Cap. 2. §. 3.

§. XIV.

Epilogus
Capitis II.

Sed quorsum haec disputamus. Ut scilicet nemo non intelligat, transactionem, si ea transierit in negotium stricti iuriis, rescindendam fuisse praetorio auxilio, si vero in bona fidei, eam ipso iure fuisse nullam atque irritam. Non enim rescindi potest id, quod ipso iure non tenet. ANT. FABER *Error. Pragm. Dec. I. Error. 7. n. 17.* Nulla hic occurrit de laesione quaestio, neque haec in caussa est, quod negotium subsistere nequeat, cum in id

propter laesioneM ultra dimid. secundum Ius Germ. etc. 19

id solummodo inquirat praetor, an dolus subsit metus-
ue? BRVNNEMANVS ad d. l. 65. de Cond. indeb.
n. 5. seqq.

C A P V T III.

D E

TRANSACTIONE NON RESCIN- DENDA PROPTER LAESIONEM VLTRA DIMIDIVM SECUNDVM IVS GERMA- NICVM ET VSVM FORENSEM.

§. I.

Germanis omni aevo nihil magis curae cordique Germano-
fuisse, quam vt sopiantur lites, probant notissima rum gens li-
eorum proverbia: Ein magerer Vergleich ist besser
als ein feistes Urtheil. LAVTERBACHIVS in Diss: de Pal-
mario Aduocat. Cap. 3. th. 47. HERTIVS Lib. I. Paroem. n.
item: eine gütige Handlung bricht einen kleinen Zahn oder
Bein aus. LEHMANNVS Florileg. p. 787. Vnde etiam
LEHMANNVS ZINGREFF prudenti consilio suasisse fer-
tur: Daß derjenige so eine rechte Sache um eine Henne hat,
ein Ei nehmen solle, und die Sache lassen geschlichtet seyn.
MULLERVIS ad STRVVIVM Exercit. VI. th. 34. Perti-
net huc etiam illud Gallorum, il gaigne assez, qui se met
bors de procez. VINNIVS Select. Quaest. Lib. I. Cap. VII.
Rectissime propterea rationes subduxit A CVRSIVS: Me-
lius est, inquiens, unum tene, tene, quam centum cape,
cape, scilicet per litigium.

§. II.

Cum itaque adeo exosae iis semper fuerint lites Hinc iudici-
quid mirum, si iudicibus serio iniunctum, vt, licet id bus amica
ne quidem vrgeant litigantes, tamen current sollicite, vt compositio
iniuncta.

20 Cap. III. De Transactione non rescindenda

amicabili compositione controversiae litesque componantur. ZIEGLER in *Dicastice Concl.* 22. §. 5. Anleitung zum Proces Lib. I. Cap. 5. §. 1. Hinc etiam in RECESSV IMPERII NOVISS. §. 10. prudenter dispositum est: Dass der Richter erster Instanz die Partheyen in zweifelhaften Sachen nicht allein vor angefangenen Recht-Stand und litis contestation, sondern auch in quacunque parte iudicii durch alle dienliche Mittel und Wege, auch schiedliche Erinnerungen in Güte von einander zusegen, und hierdurch alle weitläufige und kostspielige Rechtsfertigung zu verbüten sich beflisse. VENT. DE VALENT. in *Parthen. litig.* L. 2. C. 4. n. 10. CARPOVIVS P.I.C.I.D. 10. IDEM L. III. Tit. 4. Resp. 35. n. 1. KNICHEN de Saxon. non prou. iure voce Ius C. 3. n. 73. Idem quoque constitutum legimus in ORDINAT. PROCESS. MAGDEB. C. 6. §. 1. ubi: Wann die Partheyen auf den angesehen Tag, da sie vor beschieden, gehorsamlich erscheinen, so sollen die Cantzler und Räthe, auch alle übrige Gerichts-Obrigkeit, und Verwesere, allen möglichen ernsten Fleiß anwenden, dieselbe ihrer habenden Irrungen halber, durch billigmäßige Wege, mit ihrer allerseits Bewilligung in der Güte zu vergleichen, damit die Unkosten langwieriger und beschwerlicher Rechts-Processe erspart, und ein jeder dasjenige, dazu er befugt, in der Güte und ohne Weitläufigkeit haben und erlangen, auch die Unterthanen um so viel desto mehr mit einander in Friede und Einigkeit leben mögen. Eodem modo in C O D. F R I D. Part. IV. Tit. 7. §. 1. seqq. sapienter disponitur: Es soll vor allen Dingen gleich bey Anfang des Processes, ehe die Partheyen in eine Verbitterung gerathen, die Güthe versuchet und alle Mühe angewandt werden, die Sache zu vergleichen. Zu dem Ende sollen jederzeit bey der ersten Citation die Partheyen ermahnet werden in Person, oder durch einen zur gütlichen Handlung gemugsam instruirten Bevollmächtigten zu erscheinen, mit dem Bey-

Beyfügen, daß die Glüe versuchet werden und beyde Theile sich den Tag vor den Termine bey dem Praesidenten melden sollen. Wenn die Partheyen in Person erscheinen, muß der Praesident einen oder ein paar Räthe deputiren, welche die Sache in der Neben-Stube ohne Advocaten vornehmen, beyde Theile mit ihrer Nothdurft hören, ihre Documenta und Briefschriften nachsehen, ein förmliches Protocoll darüber halten und solches denen Partheyen vorlesen müssen. Wenn der Commissarius solcher gestat die volle Information genommen, muß er Vorschläge zur Güte thun, auch wenn es nöthig die Advocaten, wenn sie vorhanden, mit zu ziehen, und wenn die Haupt-Sache selbst nicht abgethan werden kann, wenigstens die Kleinigkeiten vergleichen und die Incident-Punkte coupieren. Sed facit plerumque animus litigantium odii plenus & consilii patronorum causae, qui id agunt vnicē, vt eos aere emungant, plane occocatus, vt lites per amicabilem compositionem magis protrahantur, quam sopiantur. THOMASIVS *Dissert.* de *Litium protract. per amicabilem compositionem.* Intērim abusus non tollit vsum.

§. III.

Quod si igitur sapient litigantes optime faciunt, si non audiunt blandas eorum voces, qui litis tutelam ambient, licet cum grauitate multa de caussae iustitia disserant. Incertum enim ea semper habere poterit exitum, licet de iusticia caussae confidas plenissime. Imo non inverecunda cogitatio est eius, qui lites extimescit & execratur. *I. 4. §. 1. D. de alien. mut. iud. causs. fact.* Hinc OLDENDORPIVS *Clasf. I. Art. II. in Except. de rei conuent.* Multi certe, ait, reperiuntur boni viri, qui malint re aliqua carere, quam strepitu vexari iudicario, praesertim cum vident, sacrosanctas iustitiae officinas ubique constupratas. Quid quod ipse CARPZQVIVS *Part. I.*

C 3

Conſt.

Et optimē
faciunt litigantes, si potius transfigant, quam incerto eveniūt litis se
submittant.

22 Cap. III. De Transactione non rescindenda

Conf. I. Def. 9. verbis ad misericordiam mouendam compositis, adserat, Aegyptios decem plagis fuisse castigatos, sed miseros litigantes mille subiici. WESEN BEGIVS
Conf. 23. n. 39. VENTVR. DE VALENT. Parth. litig. L. I.
c. 4. n. 14.

Sed nonne
rescindenda
transactio
propter lae-
sionem ultra
dimidium?
Quod nega-
tur & refu-
tatur SCHIL-
TERVS.

Quae cum ita se habeant, exsurgit quaestio: an Germanorum iure transactio propter laesionem ultra di- midium sit rescindenda? Sed reiecmus iam *Cap. II. §. XI.* CARPOVII fundamentum, clarissime ostendentes: *l. 5.* C. de *dolo malo* non agere de rescissione propter laesio- nem immodicam, sed propter dolum, qui omnia omni- no negotia nulla reddit atque irrita. Attamen SCHILTE- RVS *Exerc. ad Pand. Exerc. IX. §. 18.* in ea est sententia, Iure Germanico ex aequitatis ratione transactionis iudicia- lis aequa ac extra judicialis rescissionem fuisse permis- sibile. Quemadmodum vero ex iis quae *Cap. I.* differui- mus, fa- cile est ad intelligendum, istam aequitatem esse cerebri- nam; ita remanet facti quaestio: quid senserint Germa- ni? Sed ne quidem verosimile est, gentem litibus adeo infestam & cui fides in tanto semper fuisse constat pretio, *Cap. I. §. 1.* *Cap. III. §. 1.* ob laesionem solam, et ex post facto primum adparente, sustulisse compositiones nouis- que litibus aperuisse fenestras. Non itaque credimus SCHILTERO afferenti contrarium, quia id quod dixit, non probauit. GVNDLINGIVS in *Digestis p. 256. §. 9.*

§. V.

Quod vero in transuersum egit plerosque Germaniae ICtos fuit, quod aequitatem cerebrinam in pretio habuerint & propterea existimauerint, nihil esse aequius quam applicare *l. 2. C. de Rescind. Vend.* ad transactionem. Hinc etiam non mirum, eos sententiae quam propugnant decisionem petere ex Iure Romano. Sed quia *Cap.*

Germaniae
ICti ex aequi-
tate cerebri-
na ad applica-
runt *l. 2. C.*
de Rescind.
Vend. ad
transac-
tiones.

Cap. II. iam clarissime est demonstratum, aliam plane Iuris Romani et Imperatorum, quam ii configunt, fuisse mentem, facile patet, quod cum concidat fundamen-
tum, etiam uno iectu conclusiones, quas inde deducunt,
concidere debeant.

§. VI.

Noli autem existimes, vnam eandemque eorum qui
in aduersariorum castris militant esse sententiam. Sunt
enim qui cum BARTOLO, quem ipso nomine venera-
bilem esse perhibet HEIGIVS Part. 2. Qu. 9. n. 12. distin-
guunt, an laesio aestimetur respectu habito ad rei ipsius
quae v. c. in iudicium deducta erat aestimationem, &
eiusmodi laesionem non inducere dicunt hoc remedium:
an vero ad ipsum litis euentum, quod quilibet alias al-
terum tantum pro dubio litis euentu daturus fuisset, quo-
demum casu cum BARTOLO admittunt rescissionem. PI-
NELLVS ad l. 2. C. de Rescind. Vend. Part. I. Cap. IV. n.
14. BACHOVIVS ad TREVTLERVM T. I. disp. 7. tb. 6.
lit. c. Demum alii ad ipsam rei controversae aestimatio-
nem respicere malunt, si laesio excurrat in notabili quan-
titate. Modicam enim non curant, quos recensent PI-
NELLVS l. c. et HEIGIVS l. c. n. 13. seqq. Quae vero
sententia ex his omnibus veritati accedat proxime vni-
que forensi sit adprobata, manet adhuc incertum, vno
hoc, altero contrarium afferente et utramque sententiam
pro communi venditante. HEIGIVS l. c. n. 1. 2. 13. MYN-
SINGERVS Cent. I. Obj. 33. Cent. 6. Obj. 91. MANZIVS
Decision. Palat. Qu. 46. n. 5. Sed amicus Plato, amicus
Aristoteles, nobis magis amica veritas esto.

§. VII.

Recurrit HEIGIVS l. c. n. 14. seqq. ceterique qui re-
scissioni locum faciunt, ad dolum, & hunc adesse in lae-
sione enormi sibi persuadent. Sed iam Cap. I. §. 5. 6. de-
monstrant, quod

Variae ad-
uersariorum
opiniones.
Alii restrin-
gunt id ad
dubium litis
euentum.

Alii ad ipsam
rei contro-
uersae aesti-
mationem
respicere
malunt.

Allii in enor-
missima lae-
sione dolum
adesse cre-
dunt,

24 Cap. III. De Transactione non rescindenda

tamen fal-
sum est.

monstratum dedimus, propter dolum non rescindi transactionem, sed eam esse ipso iure irritam et nullam. Interim non semper adest dolus, si quis ultra dimidium se laesum esse conqueratur, cum eiusmodi laesio etiam sine dolo contingere poterit, quod sicuti comprehensu difficile non est, ita vteriori probatione non indiget. Postest vtique, quod iterum vrget HEIGIVS l. c. n. 21. lis singi per calumniam, sed hoc non controvèrtitur. Bonitia enim adesse debet fides, quae certe omnem omnino excludit dolum. MEVIVS P. 4. Dec. 31. Praesertim cum quoties de laesione probanda agitur ad tempus contrahensibile est, probari posse in re incerta certam laesionem. Cap. II. §. 5. HAHNIVS ad WESENBECIVM Tit. de Transact. n. 8. Quo etiam arguento refellitur HEIGIVS l. c. n. 16. vbi in ea est opinione, eum esse in dolo, qui comperta tam enormi laesione, tamen se tueatur transactionis exceptione. Non enim nunc primum transfigitur, sed iam est transactum omnisque lis composita.

§. VIII.

Hinc iam animaduerterunt ipse PINELVS l. c. n. 12. MOLINA de Primogen. Hispan. Lib. IV. Cap. 9. n. 36. male a BARTOLO laesionem ad dubium litis eventum referri, cum is sit incertissimus. Et hac etiam de causa fatetur HEIGIVS l. c. n. 27. sibi annos duodecim continuos cognitioni caussarum in curia suprema & intermediis iudicis vacanti, nondum videre contigisse exemplum ullam, quo quis se ultra dimidium in transactione laesum esse hincidio comprobasset. Mouit haec incertitudo PHILIPP. CORN. Vol. I. Conf. 166. 189. quem et alii plures sunt sequuti,

Alli ad ius-
tiam aestima-
tionem in

cuti, quos magno numero recenset PINELLVS l.c. n.26. notabili
vt alteram amplectetur sententiam, vt si quis laesus sit
vltra dimidium iustae aestimationis, rata maneat trans-
actio, sin autem ea excurrat vltra dimidium in notabili
quantitate ea sit rescindenda. Quae opinio licet itidem
ex aequitate imaginaria in cerebro Doctorum nata sit;
tamen teste MYNSINGERO Cent. I. Obs. 33. Cent. 17. Obs. 91.
Camereae Imperialis assessores eam adprobarent. Quid
quod HEIGLO auctore ita pronunciatum d. 8. Maii 1596.
extra Saxoniam.

§. IX.

Demum in Saxonia auctoritate publica rescinden-
dam esse transactionem propter laesionem vltra dimi-
dium per Confit. AVGUSTI P. II. Conf. 34. est disposi-
tum his verbis: Unsere Schöppen-Stühle seynd bisher def-
sen einig gewesen, daß die dispositio l. 2. C. de Rec. Vend.
auch in Transactione statt haben soll, ungeacht was etliche
der Doctorn weitläufig hiervom disputiren, aber disß ist et-
wan bedenklich gewesen, ob iuxta distinctionem BARTOLI
zusprechen, qui facit respectum ad euentum litis, Wann
aber der Beweß disfalls sehr schwer und auch fast unmög-
lich ist, so haben sich unsere Verordnete hierum verglichen,
auf die laesion vor sich selbst, und mit auf LITIS EVEN-
TVM zusprechen. Quod tamen 1) solum restringunt
CARPOZIVS ad cit. Conf. D. 4. RICHTER P. 2. Dec. 99.
n. 63. seqq. FRANZKIVS L. 3. Rep. 3. n. 76. et BERLICHIVS
P. 2. Dec. 363. n. 18. ad transactionem extraiudicalem, in
iudiciali enim laesioni vltra dimidium locum non conce-
dunt, quia iudicis auctoritas fraudis ac laesisionis præsum-
ptionem excludit, et quae ab ipso acta sunt, rite celebra-
ta esse præsumuntur. GAILIVS Lib. II. Obs. 1. n. 10. Con-
firmant hanc sententiam multis præiudiciis CARPO-
ZIVS c. Def. 4. et RICHTER n. 65. Sed alii eam etiam in
iudi-

Iure Saxonico
lege per-
missa est re-
scissio ob lae-
sionem vltra
dimidium.

Quod male
solum 1) ad
extraiudicia-
lem restrin-
gunt.

D

26 Cap. III. De Transactione non rescindenda

ilidion
exercitatio
governativa
annulatio
iudiciale admittunt, KÖPPEN Dec. 58. n. 20. HARPPRECHT
Dissert. de Transact. iudic. th. 33. BERGER *Oecon. Iur. L.*
III. Tit. 5. §. 18. n. 4. vbi etiam ita ab ordine ICtorum Vi-
tebergenium pronunciatum esse a. 1691. testatur. Et ve-
reor, ne sententia CARPOVII et eorum qui tantum ad-
mittunt rescissionem in transactione extra judiciali, abeat
a mente Serenissimi legislatoris. Nihil enim ibi de hac
differentia, quam propterea temere fingunt Doctores
pragmatici. THOMASIVS cit. *Diss. cap. III. §. 10.*

§. X.

2) Rescissioni Deinde 2) hanc sententiam limitant, si ex interval-
locum non faciunt, si lo transactionem ratam habuerint atque denuo confirma-
transactio ex uerint. RICHTER l.c. n. 55. seqq. CARPOVIVS *Def. 2.*
intervallo PRUCKMANN *Conf. 50.* Rationem reddunt, quia gemi-
ratificata fue-
natio tollit errorem et inducit scientiam iaeſionis. KÖP-
PEN Dec. 58. n. 25. Sed vbi scientia ibi donatio, adeoque
ex communi Doctorum sententia actus retractari nequit.
CARPOVIVS l.c. Sed quid fingi posset absurdius,
quam geminationem inducere scientiam? Qui enim de-
nuo declarat, se nolle resilire a transactione, is vtique
adhuc potest versari in errore atque ignorantia. Quid
quod et absone tunc frustra ad legis beneficium, si sciens
iuri suo renunciauerit, cum recurrere posse adfirmant.
CARPOVIVS l.c. RICHTER n. 66. aliisque. Qui enim
donat, rem certam et indubitatam liberalitate remittit.
Vbi vero res certa, ibi nulla transactio. Quod sicuti
Cap. II. §. 3. probauimus; ita secus sentientium tela non
extimescimus.

§. XI.

3) Contra Nec 3) prodest salutare legis remedium, si quis con-
tertium legis trah tertium possessorem, qui rem iusto pretio et titulo
beneficium oneroso adquisiuit, ad rescissionem agere velit, et ita
non prodest.

Pronunciatum refert RICHTER n. 73. Sic etiam 4) a 4) A tertio
tertio contractus propter laesōnem ultra dimidium im- rescindi ne-
pugnari et rescindi nequit. Reus enim posset excipere, quit.
quod auctori ius agendi non competeteret. RICHTER l.c.
n. 73. 76.

§. XII.

Cessat 5) legis beneficium in transactione iuramen-
to confirmata. Iuramenti enim hanc vim et efficaciam
est dicunt, vt ex obligatione non efficaci, cui videlicet
obstat exceptio, faciat efficacem et validam. COLERV S
Proc. Exec. Part. I. Cap. 10. n. 251. RICHTER n. 277. seqq.
Lepida philosophia! Si enim sapis, facile intelliges, iu-
ramentum nunquam nouam producere obligationem,
sed esse sermonem accessorum promissionis vel assertio-
nis abstrahendo ab illis nullum plenum sensum haben-
tem. DEVS enim vt vindicta perjurii inuocatur. Non
itaque inuenta sunt iuramenta ad confirmanda negotia
inualida, sed ad deterrendos homines improbores, ne
fallant in negotiis alias validis et citra iuramentum etiam
obligantibus. Vnde quemadmodum regulariter acce-
ssorum sequitur naturam negotii principalis: ita etiam
iuramentum, si accedat rei prohibitae, si negotio ineffi-
caci, et si non prohibito, nouam obligationem non pro-
ducit, sed tunc tamen, vt et in primo casu, vbi rei pro-
hibitae iurata promissio accessit, vitium in eo consistit,
quod temere Deus fuerit inuocatus. Ex quo simul fluit,
in iuratis promissionibus non subesse duas promissiones,
vnam in iurata quae homini fiat, alteram iurata, quae
Deo. Nam sola inuocatio Dei ad vindictam, in qua
consistit forma iuramentorum, non continet promissio-
nem Deo factam. THOMASIVS ad LANCELOTTVM
p. 1391. seqq. n. 185. IDEM Inst. Iurispr. Diu. Lib. 2. Cap. 9.
LUDOVICI Dissert. de brocard. omne iuramentum ser-

5) Cessat, si
accessit iura-
mentum.

28 Cap. III. De Transactione non rescindenda

seruandum esse, quod salua salute aeterna seruari potest.
Hinc etiam alii non obstante iuramento, adhuc rescissio-
nem admittunt, quia iuramentum non debet esse vincu-
lum iniquitatis. SPEIDELIUS vom Vertrag.

§. XII.

6) Cessat, si
ei renuncia-
tum.
Requirunt
tamen qui-
dam specia-
lem renun-
ciationem.

Sed qui in
genera re-
nunciat, is
renunciat
omnibus ex-
ceptionibus.

Iure Saxonico
quidem
rescinditur
transaction
propter lae-
sionem ultra
dimidium,
sed probatio

Denique 6) per renunciationem tolli beneficium
nostrae l. 2. probare allaborant RICHTER et CARPZO-
VIVS. Attamen controuertunt, an sufficiat generalis,
an vero requiratur specialis renunciatio. Sunt enim, qui
non obstante generali renunciatione adhuc peti posse
contraactus rescissionem asserunt, quia generalis renun-
ciatio non debet extendi ad ea, de quibus verisimiliter
non est cogitatum. RICHTER n. 84. seqq. KÖPPEN Dec.
58. n. 13. CARPZOVIVS D. 2. n. 5. Quae etiam sententia
in Saxonia Electorali per cit. Const. adprobata his ver-
bis: es wäre denn, daß auch super laesione ipsa wissent-
lich transfigiret, in welchem Fall solches remedium nicht
statt haben soll. Sunt vero alii, qui contrarium defen-
dunt et ni fallor, firmioribus innixi rationibus. Qui
enim omnibus exceptionibus renunciat, is etiam sine
dubio laesioni ultra dimidium renunciat, alias enim non
renunciasset omnibus. Imo verba generaliora omnes
sub se comprehendunt species. BVSIVS ad l. 4. §. 4. si
quis caut. in iudic. CARD. MANTICA de Tacit. et am-
big. conu. l. 16. t. 18. n. 2.

§. XIII.

Sed quamvis Saxonum Iure in primis publica au-
toritate transactionis rescissio propter laesionem ultra
dimidium sit introducta, eius tamen probatio erit difficil-
lima. Quia de causa mirum non est apud CARPZOVIVM
non inueniri praeiudicium, probata laesione ultra dimi-
dium rescissam fuisse transactionem, sed semper respon-
derunt

derunt scabini: Dass das beneficium l. 2. C. de Rescind. est difficil.
Vend. auch in transactione und gütlichen Vergleichen statt lima.
habe und zulässig sey. Praeterquam, quod RICHTERVS
Responsum referat n. 54. Dass eure Verwillingung vermöge
der Churfürstl. Sächs. Constitution und des l. 2. C. de Re-
scind. Vend. welches denn in allen Contracten, Transaction-
nen und vergleichen statt hat zu rescindiren. Quae cum
ita sint, prudentiae iubent regulæ, ut quis potius absti-
neat et desistat a lite, quam magnos faciat sumitus, in-
certus tamen, annon forte deficiat in probatione atque
reus excipiendo consequatur triumphales honores.
GVNDLINGIVS cit. Diff. de Transact. stabilit. et insta-
bil. §. 44.

§. XIV.

Quod autem Camerae Imperialis praxin attinet, CameraeIm-
equidem MYNSINGERI testimonium pro rescissione perialis pra-
transaktionis adduximus. Sed contrarium perhibet GAI.
LIVS Lib. II. Obs. 70. n. u. Quomodo enim, inquit, du-
bius litis eventus aestimari poterit, cum ea, quae DVRIA
sunt, aestimationem CERTAM non recipiant. Is enim
qui transigit, remittit incertum et dubium litis eventum,
ergo laesionem allegare non potest. GAILIO subscribit
SEILER in Sentent. Camer. sub a. 1538. Conf. FICHARD.
Conf. 30. n. 86. Vol. 2. ZASIVS C. 18. n. 16. BRVNNE-
MANNVS ad l. 2. C. de Resc. Vend. et Conf. 97. MEVIVS
P. 4. Dec. 30. P. 8. Dec. 494. MULLERV ad STRVVIVM
Exerc. 6. th. 67. (n.)

§. XV.

Quae cum ita se habeant, eo magis mirandum B. Responderur
STRYCKIVM in Vf. Mod. Pand. Tit. de Transactionibus B. STRYCKIV
§. 22. contrarium defendere sententiam, et pro ea cui- obiectio-
denter militare aequitatem existimare. Quam vero nos, melio.

meliora edocti, merito facimus flocci. Quod enim B.
STRYCKIVS vrget, quasi adparente laesione cestet causae
dubietas, ideo fallum erit, quia non ad id, quod ex
post facto forte adpareat respiciendum, cum tunc non
amplius transfigatur, sed lis iam finita sit transactione.

§. XVI.

Vbi itaque
nihil de hac
re dispositum
cuiusvis sub-
relinquitur
opinio.

Viuimus itaque iure incerto. Quot capita, tot
sensus. Quot Doctores, tot diuersae opiniones. Qua de
causa COLERV Conf. 8. n. 6. hanc questionem adeo du-
biā esse credidit, vt Decisione Imperatoria indigere
videatur. Sequuntur Iudices, vbi ea lege prouinciali
non decisa, suam quam fouent opinionem, quaeque ipsi
veritati proxime accedere videtur. Nobis placuit nega-
tiua, et, nisi nos omnia fallunt, argumentis non sicul-
neis, sed firmis atque indubitatis eam defendimus, in
quo adhuc magis nos confirmat SERENISSIMVS LE-
GISLATOR ORDINATIONIS POLITICAE MAGDE-
BVRGICAЕ Cap. 46. §. 1. Ob gleich jemand, inquiens, zu
Rechte erweisen wolte, daß ihm zur Zeit des ausgerichteten
Vergleichs mehr denn nach einst ein gehüret, als ihm in
dem Vergleiche zukommen, oder er durch denselben Drey-
mahl weniger erlanget hätte, als er haben solle, soll den-
noch der Vergleich, zumahlen wenn er gerichtlich geschlossen,
oder von uns, oder auch unser Magdeburgischen Regierung,
auf der Sachen vorhergehenden Untersuchung bestätigt wor-
den, dadurch nicht aufgehoben, noch die Erfüllung des
Mangels mit Bestande Rechtens gesuchet werden, ob auch
gleich die Urkunden, woraus er die Verkürzung zu behaupten
vermeinet, nachher gefunden worden. Er könnte denn
wie Recht, darthun und erweisen, daß die Urkunden wor-
aus er die Verkürzung gehaupten will, zur Zeit des Ver-
gleichs von demjenigen, welcher solche bey sich gehabt, nicht
erlangt

erlangen können, ihm auch derselben Inhalt nicht wissend gewesen, auf solchen Fall würde der Vergleich billig aufgehoben. Quam limitationem adiicere placuit legislatori Potentissimo. Factum inde, vt cum ante aliquod temporis spatium in ipsa hac ciuitate de transactione propter laes ionem vltra dimidium, praesertim cum ea esset extra judicialis, rescindenda lis incideret; equidem Patronus caussae variis vndique conquisitis argumentis iisque doctis admodum, sententiam contrarium stabilitum iret peteretque restitutionem: tamen a iudicio regio ciuitatis ita pronunciaretur d. 15. Iulii 1722. Dass die gesuchte restitution nicht statt habe, sondern weil Beklagte den edirten Vergleich recognosciret, so ist sie auch nach Maßgebung desselben Einwendens ohngeachtet, die geklagte 325. Thlr. binnn Monaths Frist cum interessé morae der Klägerinn bei Vermeidung der Hülffe zu bezahlen verbunden, und wird sie mit ihren übrigen Suchen ad separatum iudicium verwiesen. Licit vero haec sententia per remedium appellationis a viribus rei iudicatae suspenderetur; tamen ea fuit confirmata ab Illustri huius Ducatus Regimine. Quae itaque in quavis prouincia peculiariter hac de re disposita, quin iis sit sit standum, nemo ibit inficias. Ita enim ius PROVINCIALE WVRTEBERGICVM Part. 2. tit. 22. locum facit rescissioni propter laes ionem enormissimam in transactione. Nec desunt extra Germaniae limites prouinciae atque regna, vbi publica auuthoritate prohibita transactio nis rescissio laes ionis vltra dimidium obtenuit. De SABAVDIA locuples testis est ANT. FABER Error. Pragm. Decad. 1. Err. 7. n. 13. Edicto serenissimi Sabauidiae Ducis d. a. 1577. fuisse prohibitum, ne qua posthac restitutio in integrum detur aduersus transactionem praetextu quarumlibet enormis et immodicæ laes ionis. Idem etiam apud GALLOS Regia Constitutione introductum esse

32 Cap. III. *De Transactione non rescindenda etc.*

esse adserit, inuitis pragmaticis, quorum interest plurimi litibus implicari miseram plebem, quod commodius fieri nequit, quam si contractus rescindatur laesioris praetextu.

§. XVII.

Conclusio.

De dolo metuque nihil addimus noui, cum ea possint sufficere, quae Cap. I. et II. fusi sunt disputata. BERLICH P.2. Dec. 263. n. 27. slegg. MULLERVS ad STRV. VIVM Exerc. 6. n. 63. et alii ab hoc citati. Monet nos potius chartae angustia, ut abrumpamus filum. Tibi itaque L. B. hunc ingenii nostri foetum etiam atque etiam commendamus, et si quae forte minus recte tibi videantur dicta, aequum tamen iudicium a tua humilitate exspectamus. Quos enim inanis contradicendi vexat gloriola curamus scilicet. Deo vero deuotissimas agimus gratias pro praestitis nobis hucusque viribus eumque rogamus supplices, ut nostris semper benedicat laboribus.

F I N I S.



ULB Halle
001 618 954

3



5b



G.30. num. 12. *Sa. 14.*
192310
jy6

D. CAROLI GOTTLIEB KNORRII
 I C T I
POTENTISSIMO PRUSSIAE REGI A CONSILIIIS INTIMIS,
 REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS ET
 FACULTATIS IURIDICAE ORDINARII
 DISSERTATIO
 DE
TRANSACTIONE
 NON
RESCINDENDA
 PROPTER
LAESIONEM
V L T R A D I M I D I V M

**KÖNIGFRIED
UNIVERS.
ZU HALLE**

HALAE SALICAE
 RECUSA IMPENSIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI
 C I O I O C C L V I .

(4)